



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

VII. De eo, qui duxit in uxorem, quam polluit per adulterium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

matrimonium contrahendum, sed & di-
mittere contractum: votum vero sim-
plex impedire quidem, quo minus con-
trahatur, non dirimere tamen quod con-
tractum est.

(Votum cœlibatus sive solenne sive simplex
(uti vocant) fuerit, neque impedit contrahen-
dum, neque dirimit contractum matrimonium,
quia votum ejus rei, quæ in nostra potestate non
est, nequit intervertere jus superioris, Dei sc.
quod requirit, ut, qui donum continentia non
habent, sed utuntur, nubant August. Confess. d.
art. 22. verb. Wie aber kein menschliches Gesetz
Gottes Gebot kan wegthun oder endern / also kan
kein Gebote Gottes Gebot endern &c. add.
13. q. 1. 30. verb. nullus religionis obtentu &c.
Gerhard. loc. de conjugio. c. 8. aph. 442.
Calixt. d. pract. Marc. Ant. de Domin. l. 2. d.
cap. Eccl. c. 12. num. 31. & seqq. Benedict. Are-
nas problem. ult. part. loc. 166. ubi inter alia
aph. III. n. 4. respondet cuidam objectioni his
verbis: *ut votum servandum erat. Responde-
mus pro qualitate voti. Primum enim votum non
debet temere concipi, in quo illi peccant: una
regula omnes clericos metitur. Deinde si conce-
ptum sit, & deprehendatur vel impium vel im-
possibile, rescindi debet &c.*

Deco, qui duxit in uxorem, quam pol-
luit per adulterium.

TIT. VII.

I. Si

1. *Si quis vivente adhuc uxore, aliam
erit adulterio, an cum tali adultera
rit contrahere, uxore sua legitima
mortua?*

Non poterit, utique his duobus
bus. I. Si & cognoverit seu pot
rit aliam adulterio, & insuper eiden
dem dederit de contrahendo matrimo
nio vel de facto contraxerit, conjugis
legitima adhuc vivente. Nam ob
adulterium contractum postea cum
ultera, conjugis legitima mortua, non
rescindendum. II. Si aliquid in morte
prioris suæ conjugis maritus adulterio
rit machinatus, vel uxor adultera in nocen
tem mariti, animo contrahendi cum ad
ultero vel adultera matrimonium fore
dem dederit, sive non; modo machinato
habuerit suum effectum, morte secuta.

*c. 2. 4. & 5.
h. tit.*

*c. 6. & ult.
eod.*

2. *Quid si quis uxorem habens, cum alia
cunda hujus rei inscia contraxe
rit?*

Poterit is, mortua priori uxore, con
nere hanc secundam; ita tamen, ut post
mortem prioris inter se de novo con
tiant in matrimonium.

3. *Quid si vero ille, priori uxore mortua
velit resilire.*

Non potest resilire, si mulier contra
eum retinere, nec petat divortium;
quia alias dolus faus ei prodesset, quod
est absurdum. *c. pen. b. t.*
c. 1. b. t.

De conjugio leproforum.

TIT. VIII.

*1. Lepra superveniens estne causa dissolven-
di matrimonii?*

Non est; quia matrimonium est vin-
culum individuum & indissolubile,
nec aliter ob lepram permitti debet sepa-
ratio conjugum, quam ut uterque altero
vivente perpetuo contineat. Imo & li- *c. 1. b. t.*
berum leprosis est matrimonium contra-
here, obliganturque invicem ad debitum,
sicut infirmus a sano illud exigit. *c. 2. b. t.*

*1. Quid si lepra post sponsalia contracta su-
perveniat?*

Potest tunc alter contrahentium a spon-
saliis de futuro licite recedere, quia non
est verisimile, quod etiam promiserit.

De conjugio servorum.

TIT. IX.

1. Suntne licita inter servos conjugia?

V

Omni-